



DVM PAVOR ALIBI OMNIA MISCET  
MARTIS DVM FVNERA PROVINCIAS FOEDANT VICINAS  
VICINIS DVM OPPIDIS SENVM VLVLATVS AC FOEMINARVM EXAVDITVR  
MVSE CVM ALIBI TREPIDANT LYMPHATÆ;

### CONFINIS DVCATVS VINARIENSIS

INEXPVGNABILI VELVT MVNIMENTO VALLOQVE CIRCVMSEPTVS  
FLORET PLAVDITQVE  
AC NOSTRÆ PIERIDES ALMA PACE CVNCTA REFOVENTE  
OPERI INTENTÆ DIVINO ACQVIESCVNT  
VBERIVS BONI PRESTANTIA ADPARET  
ISTIVS SI SPECIES MALI NOSTRIS ANIMIS REPRESENTATVR  
SEVIVNT HEV FVRIÆ CELTARVM IN IPSA VEL ALPVM IVGA  
ITALIAM INGRESSÆ AQVAM IPSAM TERRAMQVE POPVLANTVR  
VT NEQVE FONTIVM HAVSTVM NEC SOLITOS RELINQVANT CIBOS  
PER MONTIVM TOT SINVS RVPIVS CIRCVITVS OCCVLITOS VASTOSQVE SALTVS  
AD INTERIORES GERMANIÆ ORAS IRRVENTVS  
SVBITO EXPVGNANT VRBES SITV ET OPERE MVNITAS  
NOBILISSIMAS ALIAS DIRVVNT AD SOLVM  
TEMPLA RVINIS ET IGNIBVS DELENT  
IVRIS SIC DIVINI HVMANIQVE VIOLANT FOEDERÄ  
NEC FOEMINARVM CORPORBVS VIS ATQVE LIBIDO PARCIT  
PRÆCIPITI HOC TVRBINE TOT ACADEMIÆ CONEVSE  
LVGVBRI FATISCVNT CLAMORE  
CASVM INGRVERE SVPREMVVM CONQVARENTES.  
PAVIDÆ MVSE DISSIPANTVR METV  
ET QVÆ CVIQVE PATET AD FVGAM VIA ERVMPVNT  
TRVNCO MVRMVRE PLANGENTES  
NEC VLLA FACIES MALI IN HVNGARIA DEEST  
AVSTRIA IPSA CLADEM SIBI IMMINENTEM HORRET  
QVANDO NVNC CRVDELITAS AC LICENTIA PANNONICÆ GENTIS  
RAPTO VIVERE ASSVETÆ REBVSQVE NOVANDIS QVAM GERENDIS APTIORIS  
PER OMNES ORDINES ETATESQVE VAGATVR  
TRISTE SPECTACVLVM MODO PRÆBET BORVSSIA  
TORVNIVM VBI FORTVNÆ VARIETATE CREBRA INSIGNIS VRBS  
POST LONGAM TANDEM OBSIDIIONEM  
CONTINENTI VELVT INCENDIO ARDET.  
ATROCIA HECCE VINARIENSI DITIONE DEPELLVNTVR ADHVC  
NEC SVIS SEDIBVS EICIVNT VICINAS MVNAS  
SED NOSTRVM GLISCIT VIGETQVE LYCEVM  
COLLAQVE LEVANT INTERRITÆ CAMOENÆ.

### DIVINA ADSPIRANTE OPE

TANTÆ AVCTOR EST FELICITATIS  
REGIA PROGENIES INCLTVS SAXONIÆ DVX REGENS

# GVILIELMVS ERNESTVS

HVMANI GENERIS DELICIÆ ET AMOR  
REGNI TEVTONICI COLVMEN  
ECCLESIE FIDISSIMVS HECTOR  
ACADEMIÆ SPIRANS VIVVMQVE PALLADIVM NOSTRÆ  
HVIVS PRVDENTISSIMIS RATIONE EVENTVQVE FELICISSIMIS  
QVÆ INSPIRAVIT NVMEN CONSILIIIS  
INDVSTRIÆ HVIVS SALVTARI AC INFATIGABILI CVRÆ  
PIIS HVIVS PRECIBVS AC SVPPPLICIIS  
A CIVIVM NOSTRÆQVE ACADEMIÆ CERVICIBVS  
ISTIVSMODI ADVERSI AVERRVNCANTVR CASVS  
LËTA VERO ET PROSPERA QVEIS ERVIMVR PROCVRANTVR  
PRÆMIA HOC AVSPICE STVDIIIS REDEVNT CALCATIS  
VINDICE HOC POTENTE PROSTRATI RESVRGVNT DOCTORES  
BENEFICIIS HVIVS NON SVIS NIXA VIRIBVS ACADEMIA DV RAT  
CONTRA FVRENTES VNDIQVE TEMPESTATES  
OPTIMO HOC NVTRITIO SVPPEDITANTE SVMTVM  
LAPSVM QVÆ CONQVASSATA MINANTVR  
ACROATERIA INSTAVRANTVR  
HËCCE A PRINCIPE TANTO REDVNDANTIA IN NOS BONA  
PARTAM HANCCE TANTO PRINCIPE FELICITATEM  
VT NVNQVAM NON CELEBRAMVS PIE  
SIC EO CVM PRIMIS DIE PAR EST PRÆDICARI  
QVI ILLVD DEPOSITVM COELI TERRIS COMMODOAVIT PRIMVM.  
FESTIVM ISTVM ET SANCTVM QVI CRAS ILLVCESCET DIEM  
IN ACADEMICA ÆDE  
ANNIVERSARIA PROSECVTVRVS RELIGIONE  
QVOTQVOT MAXIMA TANTI PRINCIPIS MERITA ESTIMANT AC VENERANTVR  
IN VOTORVM AC GRATVLATIONIS PVBLICÆ CONSORTIVM  
HVMILLIME DEMISSE AC OFFICIOSE VOCAT

## D. IOH. PAVLVS HEBENSTREIT

S. THEOL. ET HISTOR. ECCLES. PROF. CONSIL. DVICALIS CONSISTOR.  
ALVMNORVM EPHORVS ET FACVLT. THEOL. H. T. DECANVS.  
P. P. D. XXIX. OCTOBR. M DC CIII.

I E N Æ, EX TYPOGRAPHIA NISIANA.





DVM PAVOR ALIBI OMNIA MISCET  
MARTIS DVM EVNERA PROVINCIAS FOEDANT VICINAS  
VICINIS DVM OPIDIS SENVM VLVLATVS AC FOEMINARVM EXAVDITVR  
MVSE CVM ALIBI TREPIDANT LYMPHATÆ;

### CONFINIS DVCATVS VINARIENSIS

INEXPVGNABILI VELVT MVNIMENTO VALLOQVE CIRCVMSEPTVS  
ELDRET PLAVIDITQVE  
AC NOSTRÆ PIERIDES ALMA PACE CVNCTA ROVENTE  
OPERI INTENTÆ DIVRNO ACQVIESCVNT  
VBERIVS BONI PRÆSTANTIA ADPARET  
ISTIVS SI SPECIES MALI NOSTRIS ANIMIS REPRESENTATVR  
SEVIVNT HEV FVRIÆ CELTARVM IN IPSA VEL ALPIVM IVGA  
ITALIAM INGRESSÆ AQVAM IPSAM TERRAM QVE POPVLANTVR  
VT NEQVE FONTIVM HAVSTVM NEC SOLITOS RELINQVANT CIBOS  
PER MONTIVM TOT SINVS RVPIVS CIRCVITVS OCCVLTOS VASTOSQVE SALTVS  
AD INTERIORES GERMANIÆ ORAS IRRVENTES  
SVBITO EXPVGNANT VRBES SITV ET OPERE MVNITAS  
NOBILISSIMAS ALIAS DIRVVT AD SOLVM  
TEMPLA RVINIS ET IGNIBVS DELENT  
IVRIS SIC DIVINI HVMANIQVE VIOLANT FOEDERÄ  
NEC FOEMINARVM CORPORBVS VIS ATQVE LIBIDO PARCIT  
PRÆCIPITI HOC TVRBINE TOT ACADEMIÆ CONFVSE  
LVGVBRI FATISCVNT CLAMORE  
CASVM INGRVERE SVPREMVVM CONQVERENTES.  
PAVIDÆ MVSE DISSIPANTVR METV  
ET QVÆ CVIQVE PATET AD FVGAM VIA ERVMPVNT  
TRVNGO MVRMVRE PLANGENTES  
NEC VLLA FACIES MALI IN HVNGARIA DEEST  
AVSTRIA IPSA CLADEM SIBI IMMINENTEM HORRET  
QVANDO NVNC CRVDELITAS AC LICENTIA PANNONICÆ GENTIS  
RAPTO VIVERE ASSVETÆ REBVSQVE NOVANDIS QVAM GERENDIS APTIORIS  
PER OMNES ORDINES ÆTATESQVE VAGATVR  
TRISTE SPECTACVLVM MODO PRÆBET BORVSSIA  
TORVNIVM VBI FORTVNÆ VARIETATE CREBRA INSIGNIS VRBS  
POST LONGAM TANDEM OBSIDIONEM  
CONTINENTI VELVT INCENDIO ARDET.  
ATROCIA HÆCCE VINARIENSI DITIONE DEPELLVNTVR ADHVC  
NEC SVIS SEDIBVS EHCIVNT VICINAS MVNAS  
SED NOSTRVM GLISCIT VIGETQVE LYCEVM  
COLLAQVE LEVANT INTERRITÆ CAMOENÆ.

### DIVINA ADSPIRANTE OPE

TANTÆ AVCTOR EST FELICITATIS  
REGIA PROGENIES INCLTVS SAXONIÆ DVX REGENS

# LIELMVS ERNESTVS

HVMANI GENERIS DELICIÆ ET AMOR  
REGNI TEVTONICI COLVMMEN  
ECCLESIE FIDISSIMVS HECTOR  
ACADEMIÆ SPIRANS VIVVMQVE PALLADIVM NOSTRÆ  
HVIVS PRVDENTISSIMIS RATIONE EVENTVQVE FELICISSIMIS  
QVÆ INSPIRAVIT NVMEN CONSILII  
INDVSTRIÆ HVIVS SALVTARI AC INFATIGABILI CVRÆ  
PIIS HVIVS PRECIBVS AC SVPPPLICIIS  
A CIVIVM NOSTRÆQVE ACADEMIÆ CERVICIBVS  
ISTIVSMODI ADVERSI AVERRVNCANTVR CASVS  
LETA VERO ET PROSPERA QVEIS FRVIMVR PROCVRANTVR  
PRÆMIA HOC AVSPICE STVDIIIS REDEVNT CALCATIS  
VINDICE HOC POTENTE PROSTRATI RESVRGVNT DOCTORES  
BENEFICIIS HVIVS NON SVIS NIXA VIRIBVS ACADEMIA DV RAT  
CONTRA FVRENTES VNOIQVE TEMPESTATES  
OPTIMO HOC NVTRITIO SVPPEDITANTE SVMTVM  
LAPSVM QVÆ CONQVASSATA MINANTVR  
ACROATERIA INSTAVRANTVR  
HÆCCE A PRINCIPE TANTO REDVNDANTIA IN NOS BONA  
PARTAM HANCCE TANTO PRINCIPE FELICITATEM  
VT NVNQVAM NON CELEBRAMVS PIE  
SIC EO CVM PRIMIS DIE PAR EST PRÆDICARI  
QVI ILLVD DEPOSITVM COELI TERRIS COMMODOAVT PRIMVM.  
FESTVM ISTVM ET SANCTVM QVI CRAS ILLVCESGET DIEM  
IN ACADEMICA ÆDE  
ANNIVERSARIA PROSECVTVRVS RELIGIONE  
QVOT MAXIMA TANTI PRINCIPIS MERITA ÆSTIMANT AC VENERANTVR  
IN VOTORVM AC GRATVLATIONIS PVBLICÆ CONSORTIVM  
HVMILLIME DEMISSE AC OFFICIOSE VOCAT

## D. IOH. PAVLVS HEBENSTREIT

S. THEOL. ET HISTOR. ECCLES. PROF. CONSIL. DV CALIS CONSISTOR.  
ALVMNORVM EPHORVS ET FACVLT. THEOL. H. T. DECANVS.  
P. P. D. XXIX. OCTOBR. M DC CIII.

I E N Æ, EX TYPOGRAPHIA NISIANA.

